

SCRIPTA

Numéro Scripta : 579

Auteur(s) : Jean Ier, Eu (comte)

Bénéficiaire(s) : clergé [autre]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1153, 30 juillet

Lieu d'émission : Eu

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Jean, comte d'Eu, exempte de coutume les clercs et religieux de tous ordres, et leur familia, pour tout ce qu'ils achèteront ou vendront à Eu.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° XXII, p. 53-54.

Texte établi d'après a

Quia omnis honor et potestas a domino Deo est, et in ipsius manu est vita et salus hominis continetur, nec est beatitudo aliqua nisi ipsi servire et adherere, et ipsum predicare et laudare, ego Johannes, Dei gratia comes Augi, servos Christi deinceps devotione speciali venerari ac diligere decrevi, ut illorum orationibus dignus Deo inveniar et illius beatitudinis particeps, quam diligentibus se repromisit. Quapropter, ut libertatem veram et perpetue vite coronam consequi merear ab ipso qui solus ubique imperat, pro anima Matildis, sororis mee, et omnium parentum et amicorum meorum, dono et concedo hanc libertatem omnibus servis Christi, monachis, canonicis regularibus et secularibus, presbiteris et omni clerico cujuscumque ordinis et proprie familie sue, ut emant Augi et vendant quecumque necessaria sibi ad proprios usus libere et quiete ab omni consuetudine, et inquietatione, et vexatione et exactione. Et ut hec libertas et donatio mea, pro qua pia mea Margareta summopere intercessit ut fieret, nota sit omnibus, tam futuris quam presentibus, decrevi hanc donationem meam scripto confirmare et sigilli mei munimine munire: anno ab Incarnatione Domini M°. C°. L°. III°, cooperante Spiritu sancto, ego Johannes, Dei gratia comes Augi, concessi et dedi hanc libertatem predictam in sepultura sororis mee Matildis, tercio kalendas augusti, presentibus : Rogero Augensi et Fulcherio Ultriportensi et Ada de Folcardimonte abbatibus mee terre, et monachis, canonicis regularibus et secularibus et clericis quam plurimis, et baronibus et burgensibus meis : Ricardo de Fresenvilla, et Henrico de Cuulvervilla, Engerranno de Scoteni, Eustacio Berateng, Hugone de Augo, Willermo de VII Molis, Gilleberto vicecomite, in ecclesia Augensi.